



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Lvdovici Caroli II. Regis Siciliae Filii, Ex Ordine Minorvm Episcopi Tolosani Vita

Sedulius, Henricus

Antverpiaë, 1602

Cap. VIII. De consuetudine cum probatissimis viris, quorum stabilitus consilio se suaq[ue] regebat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42834

die cum sacrificasset, vsque ad prandium, totum se dabat lectioni. à prandio non vanos miscere sermones, quod vulgus solet: sed cum viris doctis & religiosis communicare, conferre, disputare de seriis & fructuosis. Exercitia eius post-meridiana. deinde cantum addiscere Ecclesiasticum. postea breuem in cellâ aliquâ capere somnum. demum à conspectu hominum prorsus secedere; in secessu studiosissimè perlegere sacram Scripturam, & monimenta Patrum, maximè verò Meditationes D. Bernardi, cuius librum de Consideratione, equitans quoque in sinu gerebat, cum Epistolis, & aliis aliquot eius opusculis. Fatigatus autem multâ lectione, corporis exercendi gratiâ, Horum co'st. horum colebat, solum inuertens; lolia extirpans, & iaciens bonam sementem, externo cultu submonens se, quâ animum coleret. Sæper aliquid faciebat boni, semper inueniebatur occupatus. Itaque duæ res quæ languorem adferunt ceteris, illum acuebant, otium & solitudo. Nunquam minus otiosus aut solus, quàm cum solus esset aut otiosus.

CAPVT VIII.

De consuetudine cum probatissimis viris, quorum stabilitus consilio se suaq; regebat.

AD eruditionem & pietatem assequendam plurimum facit consuetudo cum bonis & doctis viris. Itaque talis Ludouicus cualit,

Conſilia
ſequitur
m. 1687.

euasit, quòd viris grauibus, eruditis, religio-
ſiſque ſemper vteretur: ex quibus delegebat
optimos quoſque & probatiſſimos, quorum
conſilio & auctoritate niteretur. Neque enim
ſua ſolertiâ fretus, facile quicquam ſecum ſo-
let decernere: ſed ætatis ſuæ imbecillitatem,
& inſcitiam ſenum conſtituebat, regebatq;
prudentiâ. Adhibebat in conſilium familia-
riter Iacobum ab Oſâ Iuris ciuilis clarifi-
ſimum profeſſorem: qui poſtquam adlectus
eſſet in numerum Epiſcoporum, ac deinceps
in primum ordinem purpuratorum Patrum
S. R. E. Cardinalium, nunc gerit ſanctiſſi-
mum & ſummum Pontificatum, dictus
Ioannes XXII. Magna quoque illi conſue-
tudo cum venerabilibus Patribus, F. Guiliel-
mo à Fulgariâ, & F. Richardo à Mediâ villâ,
Ordinis Minorum S. Theologiæ doctoribus
& eximiis profeſſoribus; & plerisque aliis ſpe-
ctatâ pietate & eruditione clariffimis viris.
Et quidem hac ratione nedum iuuenes, ſed
in vniuerſum omnes, plurimû laudis ſibi ad-
plicant: quoties de rebus arduis ambigentes,
ad peritorum conſilia recurrunt. Sed paucos
profectò inuenias, qui ſe ſuaque ſic diſpo-
nunt: negligentiores conſilij plures, & in re-
bus præcipites. Hi tales cadunt sæpiùs, &
more eorum qui innatant fluminibus ferun-
tur, fluctuant, pereunt. Contrà verò, non mi-
nuunt auctoritatem, qui conſilia ſua ad pro-
bos conſultores reiiciunt: ſed tuentur potiùs
& confirmanc, meliorû iudicia conſequentes.

C A.